

CODICE DIPLOMATICO BARESE

N. 1.

A. D. 1094.

(dicembre, Indiz. II).

<i>Data di luogo</i>	Conversano.
<i>Rogatario</i>	Grisone, notaio.
<i>Descrizione</i>	Corsiva, 20 × 31.
<i>Contenuto</i>	Roberto Curteray, normanno, dichiara di aver avuto dal suo signore, Goffredo, inclito Conte, alcune terre che può vendere e donare. Poichè possiede un vignale di terra, lo vende per tre soldi michelati ai fratelli Maraldo, Nazaro e Manno, figli di Eustasio.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

In nomine sancte et individue trinitatis, annis ab incarnationis domini nostri Ihesu Christi Millesimo nonagesimo quarto mensis decembris, secunde indictionis. Ideoque ego Roberto cognomento curteray qui sum de genere normannorum et sum havitantis intus Civitate Cupersano declaro enim intus predicta Civitate quia per voluntate et mercatione meo seniore Goffridus domino Comes Inclitus teneo et cognosco sortione in ista Civitate idest de omnibus michi servientibus quam et clusuras terre et binee et olive pro meis necessitatis faciendo. Et atento illut pro quosdem vice eius et sua boluntate ubi ille michi perceperit licentia facio Tali vero hordine teneo illut per suum otreatmentum sicut ipse qui supra Comes licentiam michi dedit vel otreavit ut de tota rebus que per illum teneo et cognosco tam intus predicta civitate vel a foras sint bendere sive donare michi placuerit mea sit protestate qua propter pertinet michi uno bineale de terra intro ipso scraio parietibus circumdato et a foras ipso bineale in partis occidentis usque in ipsa stricta antica per latitudo quantum continet ipso predictis bineale latius pertinet michi terra ipsa. Modo namque ipso quam predixi bineale cum predictis a foras ipsa terra aptum est michi benundare illut ad Maraldo et Nazaro et Manno toti germani et filii Eustasii de predicta civitate. Eo stante ego qui supra Roberto sicut dixi per licentia et absolutione nominati qui supra Comes cora(m) presentia Basilius iudex et Basilius suo procuratore per fustum

5

10

15

trado et per hanc quoque kartula vendo tradidi atque benumdedi vobis dictis germani Maraldo et Manno recipientes vos illut vice nostra et vice de Nazaro germani vestri quis
 20 modo non est. Hoc est enim in dicto ipso bineale cum predictis a foras ipsa terra quidem terra ipsa per as bidetur mensura sicut recte benit ipso pariete de ipso bineale predictis illa qui est in partis meridie usque in ipsa stricta antica, nam et per as fines concluditur anc nostra bendiftione orientis namque a medio pariete est terra de Maraldo presbiteri et Iohanne et Leo toti germani filii que Pandoni de predicta civitate a latere vero occidentis pergit
 25 stricta antica a meridie autem partes sunt ipse serage quem ego qui supra Robberto teneo in meo dominationis a foras ipsa pariete a septentrionis denique latere a foras ipso pariete est terra Bisancii et stricta antica. Et sicut per finis quatuor hanc mea bendictione clauditur sic vobis dictis germani illut per integrum benundedi una cum inferius et superius cum gira et tornatoria suis cum trasitis et exitis suis usque ad bia puplica vel
 30 cum omnia infra se haventes tibi nulla nec michi qui supra Robberto neque meis heredibus et nostris posteris nec ad nullum quempiam homine portione vel sortione reservavi amplius atque renunciavi. Set transactive funditus vobis illut benundedi ad faciendum exinde omnia qualibet boluntas fuerat vestras sine omni mea vel de meis heredibus et nostris posteris contrarietate vel requisitione aut de quibuscumque personam hominum et pro
 35 confirmandam atque stabiliscendam anc meam bendictione nunc a presentis recepi ego qui supra Robberto a vobis predictis germanis oc sunt enim solidi boni michelati milia sonantis et pesantis numerus tres finitumque vero pretium apud me illut ab eo hordine ut hab odierno die et in antea omnique adbeniente tempore anc mea bendictione vestra sit potestate per omnia ut legitur superius. Etiam ego meique eredibus et nostris posteris
 40 defensores vobis vestrisque eredibus exinde facimus ab omni humana personam que vos exinde quesierit per qualiscumque habentia ratione hanc autem nostra bendiftione firmitate statuimus et scrivere illam fecimus a manibus Grisoni notario Mense et Indictione pretitulatis.

† Qui supra iudex Basilius maleni? taralli testis sum.

† Ego Basili testis sum.